



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

Deesis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

dam; Facit, inquit Hermogenes, hæc figura Apostrophen, & μεταφορά, hoc est vehementiorem quandam imperum sermonis.

Climax

Quod Græci vocant, *ascensum* nominetur à nobis. Malo enim ascensum, quam scalam, aut gradiculos, ut quidam dixerunt. Est autem figura, perquam decora, & à Demosthene commendata: in qua postremum quodque verbum in priore membro, aut parte aliqua elocutionis positum, in inferiorem rursus assumptum iniicitur: atque ita, velut gradibus quibusdam, connectitur oratio: ad hunc modum: Ponam enim ipsum Demosthenicum versum: Et non dixi hæc quidem, non autem scripsi: nec scripsi quidem, non profectus sum autem ad legationem: nec profectus quidem, non persuasi autem Thebanis. Hic animaduertis quanto elatius dicta sint, quam si simpliciter enuntiasset, & dixi hæc, & scripsi, & in legationem profectus sum, & persuasi Thebanis. Sic M. Tullius pro Milone. Neque verò se populo solum, sed etiam senatui commisit: nec senatui modò, sed etiam publicis præsidij, & armis: neque his tantum, sed etiam eius potestati, cui senatus totam Remp. commisit. Parcè autem vsus est figura. Nam in tertio gradu contentus fuit dicere, neque his tantum, ne rursus totum illud repeteret, neque solum publicis præsidij, & armis tantum: videlicet, quia & longum, & insuaue futurum erat. Egregiè autem, & (ut mihi videtur) feliciter, Licinius Calvus in Vatinius, non ergo pecuniarum magis, quam repetundarum; neque maiestatis magis, quam Plancie legis: neque Plancie legis magis, quam ambitus: neque ambitua magis, quam omnium legum omnia iudicia perierunt.

Inl. Rufini
33.

Climax est, cum ex re in rem gradum tibi sententiæ faciunt, ut, quæ Phæbo pater omnipotens, mihi Phæbus Apollo Prædixit, &c. Et,

Torua leana lupum, sequitur lupum ipse capellam:

Tloronem cyrtum sequitur lascium capella.
Latine hæc figura dicitur gradatio.

Cænoses.

Hoc duorum schematum coniunctionem habet: quod & ab vno verbo omnes sententiæ incipiunt, & in vno nouissimè acquiescunt. *Stratoelus*, Quæritis nouam rationem administrandæ reip. at reperire meliorem,

P. Ansil. p.
Spanalepsus

quàm à maioribus accepistis, non potestis. Quæritis maximis sumptibus faciendis, quomodo tributa ne conferatis? at consilij capias ætarij opes, quas cupitis, augere non potestis. Quæritis quemadmodum scelere contaminatis hominibus parcatis? at ignoscendo nocentibus, innocentium salutem custodire non potestis.

Compar in Isæolo.

Commoratio in Epimone.

Commutatio, vide in Anaclasi.

Communicatio, vide Anacænosis.

Concessio in Paromologia.

Deesis.

Obsecratio, vel obtestatio, qua Deos oramus, aut homines. Cicero pro Deiotaro, Per dexteram istam tuam ego obtestor, Per ego has lachrymas. Pro Roloio, *utrum* *ignauis*, rogat, oratque te Chryfogone, Apud deos, Virg. Per superos, atque hoc cælum. Per ego has lachrymas, dextramque tuam te. Plautus, ita Deos obtestor per senectutem tuam.

Diabola.

Criminatio, & quasi denuntiatio eorum, que futura sunt. Cicero pro Milone, Erit, erit illud profecto tempus, & illucescet aliquando ille dies, cum tu salutaribus, &c. Terent. Videre videor iam illum diem, quo hinc egeus profugiet aliquò militarum. Apud Virg.

Sed non ante datam cingetis manibus vrbem.

Quam vos dira famæ, nostra quo iniuria cadis,

Ambejas subigas malis absumere manus.

Diacepe.

Sive *diastole* est, cum inter duo eadem verba diuersum ponitur aliquid mediū, ut, Culpatue Paris, diuūm inclementia diuūm. Et, Duc age, duc ad nos. Et, Scis Proteus, scis ipse. Latine dicitur *separatio*. Species est, ut apparet Anadiploleos.

Diarepsi.

Est figura sermonis, cum rerum distributione.

Hic Delopum manus, hic sauis tendebat Achilles:

Classibus hic locus, hic acies certare solabant.

(Et) *Hic portus alij effodiant.*

(Et) *ferit ense grauem Thybraum Osirim.*

Hæc latine dicitur *distributio*, vel *designatio*: clara, & subtilis apparet in copula verborum

cum